

LIBRI

Quibus J. A. VAN DER LINDEN usus
fuit in hoc opere recognoscendo.

Mss. seu ~~scrip~~ codicis Parisiensis, descriptum
anno 1524. Communicavit V. Cl. D. Job.
Hoornbeek, SS. Theol. D. & Prof. Ordin. in Academia,
ac V. D. Min. in Ecclesia, quae est Luga. Batavorum.
Collega reverendus.

Liber editus Veneit, apud Aldum 1528. in 4.
sed sedulo collatus atque emendatus à V. Cl. Fac. Carpentario, Doct. Med. Parisiensi & Prof. Regio, ex
codicibus dyorum Med. Parisiensium, nempe Job.
Fernelii, viri incomparabilis, & Job. Capellani, qui
ei in comitina Archiatron anno 1510 LVIII. succe-
dit apud Henricum II. Galliarum Regem. Mutuo
dedit V. Cl. D. Guido Putinus, Bellvacus, Doct.
Med. Par siensis & Professor Regius, amicus mibi
eximus.

Alius ibidem editus 1549. in folio cum Medicis an-
tiquis. Quem sua manu V. Cl. Nic. Nancelius con-
tulit cum editionibus, quotquot suo tempore extabant,
excepta Stephani; toto opere ad marginem adscrip-
tis non modo lectionibus, ubi à libro, qui erat prae
manu, varabant; sed & propriis conjecturis, raro
non bonis & doctis. Hunc quoque utendum dedit V.
Cl. D. b Guido Patinus, ob singulare publicum ju-
vandi studium nunquam & nulli non laudandus.

Alius Lugduni editus apud Joan. Tornaes. in 1554.
in 12. cui ad oram V. ill. Job. Scaliger, sculi mira-
culum, & veteris cuiusdam codicis lectiones & suas
emendationes atque notas adscripsit. Quem ipse testa-
mento reliquit V. Cl. D. Ælio Everardo Vorstio,
Botanices ac Medicinae, dum viveret, Professori pri-
mario; ego autem usui acceptum debo V. Cl. D. Adolfo
Vorstio, Parenti optimo in utraque & professione &
dignitate successori dignissimo, ac Collegae meo hono-
rando.

Variae lectiones, è Ms. Codice ant' quo Bibl. Regiae
Pari-

a Lettres de Feu Mr. Guy Patin, Lettre cxvi.

b Lettres de Feu Mr. Guy Patin, Lettre cxvi.

Parisienfis, qui inscriptus erat, Medicina antiqua,
descriptae anno 1631. à V. Cl. D. Job. Walaeo, Med.
Doct. & postea Professore insigni.

Variae lectiones è libro Sacri Jobannis, ab eodem
excerptae. Et has & praecedentes nibi utendas dedit
D. Antonius Clementius, o ~~μανείτης~~, Cl. D. Walaei
ex sorore nepos, juvenis doctus, probus, pius, & si
fata sivissent, longiore vita dignus.

Praeter quae contuli etiam eorum editiones, emen-
dationes, annotationes, lectionesque varias, quarum
in epistola ad Cl. D. Platinum feci mentionem. Quem-
adnodum & illa, quae Janus Cornarius in comm. ad
Gal. de Comp. pharm. quaeque alii & celebres inter
Criticos (quos Faux Artium liberalium exhibet) auto-
res observarunt. Hoc quoque te scire tua interesse,
Lector amice, putavi. Nunc adi ad auctorem. Quem,
si cum cura & studio leges, spondeo,

Lectio lecta, magis decies repetita, placebit.

INDICULUS EDITIONUM C E L S I.

AUCTUS ET EMENDATUS.

In Folio. Apud

Nicolaum, Florentiae 1478.
Leonardum Bachel Uldericum Sincenzeler,
Mediolan. 1481.

Joannem Rubeum, Venet. 1493.

„ — — Ibid. 1496. ex Maittaire de Orig. Ar-

„ tis Typograph. pag. 337. „

„ Lucam Ant. Juntam, Venet. 1524. „

Philippum Pinzi, Venet. 1497.

Aldum ex emendatione Bapt. Egnatii, Venet. 1524.

Christia. Wechelum, Paris. 1529. „ cum Scrib.

„ Largo: non in 4. ut alii ponunt. „

Aldi filios cum Medicis antiquis, Venet. 1547.

Joannen Oporinum cum Notis Guilielmi Pantini,

Bafileae 1552.

Henricum Stephanum Tom. III. Medicor. Princip.

Paris. 1567.

*** 5

In